Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



46

Que autem violata iterum denuo consecrata fuerit. inmunda et cam
bi pulla erit. ita si homo templum dei seu seipsum mortali
crimine violaverit. atque per penitentiam denuo iterum remunda
verit. demonibus habitatio erit. Infideles idolo in ecclesiam non
portantur. ne sanguine pauperum maculetur. Vbi hanc
etiam causam putant quod mulieres in partu defunctas. in
ecclesiam non eas deferendas. quod tamen fieri licet. Itaque bonum est
ecclesias edificare. constructas vasis. vestibus. aliisque ornamentis
decorare. si multo melius est eos de sumptibus in usus indigentium
expendere. et censum suum per manus pauperum in celestes thesauros
permittere. ibique domum non manufactam. si etiam in celis par
parare. in qua possit cum angelis etiam alius habitare. Sciendum
autem quod loca sacra non saluant. quos sua opera ab ecclesia separant.
Hec ite horrida loca his obsunt. quod pie uiuunt. Hadab quip
pe et abiu sacerdotes in tabernaculo dei igne consumunt. cho
re. dathan. et abiron ante tabernaculum a terra deglutiuntur.
Heli pontifex in loco secreto fracta cerruice perit. ochozia iuxta ar
cham percussus interit. Ioab iuxta aram occidit. ochias rex in
templo lepra perfundit. Postremum templum violatum subru
it. populus legis preuaricator ab eo captiuus ducit. Ceterum
Ioseph in cisterna et in carcere non perit. Moyses
in fluuio nece non subiit. Ioseph in sterquilinio. et Ieremias
non interit in cenno. Daniel in lacu leonum. tres pue
ri non ledunt in camino ignium. Petrus in carcere.
Paulus non perit in mari. immo diabolus de celo. ho
mo cecidit de paradyso. iusti autem in terra adoriuntur.
de inferno ad celestia subleuantur. De ministris ecclesie

De constructione ecclesiarum

De bono et malo.